



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Lipsica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Et voluit primo qualibet esse loco.

Sed vicit pietas, animamq; per aethera Christo

Adduxit, cuius numen adorat ouans.

Ingenius coluit felici fidere musas,

Pæoniæq; tulit pluribus artis opem.

In terris famam, nomenq; reliquit honestum,

Spiritus it calo, membra recepit humus.

Excessit septem decies ac amplius annos;

Mens tamen in sano corpore sana fuit.

Sed quid opus multus? laus vni hac sufficit vna,

Ingenio magnos vicit, & arte viros.

Obijt anno M. D. LXXIV. IV. Octob.

—————  
RATISBONA.

IN CVRIA SEQVENS INSCRIPTIO  
AVREIS LITERIS IN TABVLA  
MARMOREA.

Quisquis Senator Curiam officij caussa in-  
grederis, ante ostium priuatos affectus om-  
nes abijcito: iram, vim, odium, amicitiam,  
adulationem. Reipub. personam & curam subijci-  
to. Nam vt alijs æquus aut iniquus fueris; ita quoq;  
Dei iudicium expectabis & sustinebis.

—————  
LIPSICA.

IN LIPSICAM IVL. CAES.  
SCALIGER.

LIPSI A, se ostentans sublimibus aurea tectis,  
Lumina dum saturat, mens perit iccta fame.

D d 2

Vectā

Vēta quibus ratibus longinqua marmor a terra?  
 Vnde si equens flui pura nitela Tagi?  
 Huc Cyprum, huc Temesum, huc Arabas, huc Serica  
 Sedibus euulsa huc Indica regna suis. (duces)  
 Cum gemma bibitur, vincuntur nectare gemma:  
 Sed lingua varius vincit virung<sub>3</sub> nitor.  
 Nec Germana tamen vitiat LIPSI A luxu:  
 Ast hunc Germanum Lipsia magna facit.

## I N C V R I A.

Perditus est cupidè qui turpia sœnor a captat,  
 Fraude suam parto ditet vt are domum.  
 De malè questus ni tertius excidat heres,  
 Nec quartus certè nullus adire potest.  
 Sed magis ille sapit, Domino qui fidere nouit,  
 Inq<sub>3</sub> sua degit conditione pius.  
 Hunc vltro sequitur cunctarum copia rerum,  
 Et velut in somno quod cupit omne, capit.

TITZMANNI DVCIS MISNENSIS  
 IVXTA ALTARE D. THOMAE  
 trucidati.

TITZMAN NVS ego sum: me olim genuere p<sup>er</sup>  
 Albertus Princeps, Margaret aq<sub>3</sub> pia. (venit)  
 Imperium titulumq<sub>3</sub> dedit Thuringia nobis:  
 Marchia Lusatia, Misena & ipsa potens.  
 Quaq<sub>3</sub> patet vetus in planis Libano tria campi,  
 Et qua mundano flumine Prisna lauat.  
 Frater erat Fridericus idem Mauortius heros:  
 Propatria mecum pralia dir a subit.  
 Nam superare datum est nobis victricibus armis  
 Bohemia populos, Saxoniaq<sub>3</sub> duces.

Merchio de Brenburgk VValdemar nomine dictus,  
 Agmine deuictus vincula nostra tulit.

Africanus Princeps cecidit quoq; cuspide nostra:  
 Sed vitam supplex hic miser emeruit.

Bomulidum reges, Albertus, Adolphus, & alter,  
 Non poterant nostras frangere Marte manus.

Viribus, o pietas, nostris sed terga dederunt:  
 Casareis opibus tunc ego diues eram.

Innumeri & nostro cæsi sunt ense Sueui,  
 Audentes patrios sollicitare Deos.

Omnia sic vici, durum sed vincere fatum

Non potui, Lachesis quod dedit atra mihi.

Obijcit illa mea crudelis pectora ferro,

Dum steteram cautus in medio Ecclesie.

Sic victor victus cecidi, virtute triumphos,

Et laudes meritas non rapit vlla dies.

Obijt 8. Cal. Ianuar. anno 1280. Dantes Florenti-  
 nus fecit.

## ALIVD.

Siste viator gradum, pij maneste rogitant. Mo-  
 numentum quod cernis HVGOLDO PFLVG est  
 conditum. ast ipse longè aliud, quod nullis vn-  
 quam consenescit seculis, sibi liberalitate ac vir-  
 tute insigni viuens posuit. Vixit annos XLVI. Mor-  
 tuus xxv. Septemb. anno † Hæc te scire volui. Auc-  
 amice. Vale.

## D. O. M.

SIMON PISTORIUS LL. D. Obijt III. Non.  
 Decemb. an. Christi M. D. LXII. ætat. LXXIII. pa-  
 ter liberorum XXIII.

Dd 3

VITA

VITA NOSTRA FIDEI VITA EST,  
NON CONTEMPLATIONIS.

*Clauditur hoc tumulo SIMON PISTORIVS, inquit  
A patre præclaro nomen auog, tulit.  
Saxonice vixit qui Cancellarius aula,  
Ultra quinq, gerens lustra regentis onus.  
Ingemo præstans, studio indefessus, honore  
Summus, consilijs vtilis, ore potens.  
Quod mortale fuit tellus tenet indita fama  
Nominis haud vllò stat violenda die.  
Patri clariss. filij mœstiss. P. C. P. G.*

IN AEDIBVS HORTORVM D. MARCI  
PPEIFFERI.

*Cùm meus in medio Dominus me poneret horto,  
Nocturnis terror furibus, inquit, eris.  
Iam dices, quiste metuet casa muta? sed audi,  
Iniustum terret qualibet vmbra virum.*

IBIDEM.

*Heus tu, quisquis in hac furtim viridaria reptas,  
Ne continge tua non tua poma manu.  
Sed tangis, video: faxit Deus ergo quod opto,  
Cum malis nostris & mala nostra feras.*

IN AEDIBVS D. AVERBACHI  
INTERIORIBVS.

*Qua neq, pauperibus, neq, mole potentibus auri,  
Nec pueris noui parcere, nec senibus:  
Mors vocor, impositū nunquid malè dixero nomen?  
Quòd sngere à morsu res nequit orta meo.*

HOMO BVLLA.

## IBIDEM.

Aedificandi omnis ratio à necessitate primùm  
orta est, eam pòst aluit commoditas, & honesta  
vicius, vltimum fuit, vt voluptati quoque nonnihil  
indulgeretur.

## EXTRA

*Mors certa est, incerta dies, hora agnita nulli,  
Extremam quare quamlibet esse puta.*

## MOGVNTINA.

AD D. FRANCISCI ANTE SVM-  
MAM ARAM.

*Q*ui sacra Christigenis p̄debat sc̄nore multo,  
Talis IOANNES stabat eraiq̄ FERVS.  
*Trifidis dextra pingi mens Enthea nescit:  
Illa sed inscriptis conspicienda venit.*  
Obijt anno Christi M. D. LXII.

## IN S. MARTINI.

*Præful factus Comes EYSENBVRG DIET-  
HERVS,*

*Moguntinam arcem struxerat atq̄, scholam  
hic voluit tumulo corpus condi miserandum,  
Cuius aethereis dans animamq̄, Deo.  
Obijt anno M. CCCC. LXXXIII. VII. Maij.*

## SPIRENSIA.

IN SVMMO TEMPLO.

*Hic hic, Pater hic, Auis hic, Proavis iacet isthic,  
hic Proavis coniunx, hic Henrici senioris.*

Dd 4

CON-